



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Papirii Massoni Descriptio Flvminvm Galliae, Qva Francia Est

Masson, Jean Papire

Parisiis, 1678

De Gavo, Vidoso, & aliis tam fluminibus quàm rebus præclaris
Novempopulaniæ & Bearnensium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13059

GARUM

NA.

De Gavo, Vidoso, & aliis
tam fluminibus quàm rebus
præclaris Novempopulaniae
& Bearnensium

PRODERIT & Arnaldi Ferronii
Senatoris Burdegalensis, qui
Henrico secundo Galliaë Rege scri-
psit, verba transcribere. *Transmisso,*
Gavus. inquit, pontibus Gavo fluvio alioquin
rapidissimo, qui tunc placidissime
Sorda. fluebat, Sordam oppidulum pervenit.
Prope Sordam quasi rostro scinditur
Gavus, & divisus equaliter in duas
partes, latera undique alluit, rapide-
que dilapsus mox in unum confluit. Est
Sorda sita in præfectura Daciorum vi-
cina montibus Pyrenæis, ibi domus Be-
nedictinorum lantius nuper à Carolo
Grandimontano Pontifice Burdega-
lensium, ejus loci Cœnobiarcha, adifi-
cata. Gavus qui Sarrunsam, idem eum
locum prætervehitur. Locum nacti in-
cenderunt Hispani. Eodem terrore vi-
cinum aliud oppidum Petram foratam,
quod Adriano Aspsimontano parci.

pervenerunt, sed illi superiore loco at-
 que arduo veteris castris reliquia satis
 tamen tum munita loci difficultate,
 quo factum ut comteatu tantum ex
 inferiori loco ab oppidanis excepto ex-
 tingunt, vicinum aliud oppidum ap-
 pulerunt. Fluit & ea parte Gavis op-
 pidum satis excelso loco situm, sed ad
 hostiles impetus excipiendos parum mu-
 nitum. At oppidani nemus vicinum
 delapsi, silvestribus sepibus densum
 paludibus defendebant. Intercepere
 aliquot etiam equos hostium quatuor mil-
 liaribus supra Baionam, ut Sanson Ca-
 nonicus mihi percontanti perscripsit.
 Est & alter fluvius Vidosus nomine, in ^{Vidosus}
 Gavum influens, qui ex Pyreneis mon-
 tibus prodit, & circa Vidacum Castri
 Grandimontanorum nobile praterlabi-
 tur. Hispani Estingum incenderunt &
 diruerunt, ac Vidacum profecti, diu
 arcem loco palustri sitam obsederunt.
 Eamque post vice simum diem necatis
 crudeliter qui obsedionem receperunt,
 & diruerunt, rustici Palum & Baio-
 nam persugerunt. Erant Dacii para-
 tissimi ad hostes suscipiendos, eoque
 paucos ante dies immissa copia: at ho-
 stes pradabandi prius arcem vicosque

GAR-
RVM-
NA.

508 Pap. Mass. descr. Francie
ejus loci, quem Maulernum solum
vocant, populati, redierunt multis ex
suis desideratis, quippe agricola ar-
mis assueti, precipue in balistis sagit-
tis que emittendis periti, si quos temere
ex ordine progressos passim feriebant,
eodem terrore hostes inuerti in Biar-
nensium, qui se Bernenses dici ma-
lunt, fines, Salvam terram & Navar-
rinum oppidam diripere, direpto ta-
men fano Maria vicino: quo loco Pon-
tifices Oloronensium sacra peragunt.
Vetus enim est fama necato olim Pon-
tifice ab Oloronensibus, sacris eis in-
terdictum, sacra translata ad fanum
illud Marianum. Dirimitur vero il-
lud fanum Maria ab urbe Olorono
vicino fluuio. Diripere quoque circa
s. Iean id tempus hostes fanum Joannis Lu-
de cens, & Vicum Viarium, & agros
Lus. Laburciū vicinos Baionensibus. Mox
Labour. alio loco, Poyetus, inquit, dum Sa-
linarium vectigal insulis Santonum
Oloronensibus, Arveto, Broagio,
Aquitaniaque imponere. Regio nomi-
ne, Senatus omnes Gallicos traducere
in ordinemque cogere vult, flagrare in-
vidia apud omnes coepit. Baionensium
simili metu Hispanorum consternati

sunt, & suspectos habuere multos quasi GARVM
de urbe Caesarianis prodenda. Cum MA.
enim illi repente advenissent, ubique
ad arma conclamatum est, jam di-
repto fano Joannis Lucensis.

Eo anno.....Nayn oppidum in
Biarnensium finibus igni caelesti
immisso maiore ex parte flagavit.
Nivus fluvius e Pyrenæis per Vasco- Nibe. r.
num agros progreditur, Baionam-
que interluit, in eaque extrema la-
bitur in Adurum non aliter quam
Lugduni Arar in Rhodanum.

Gavus in Pyrenæis oritur, aqua
ejus perspicua & crystallina est, per
Bearnensium agros labitur, & na-
vigiorum non est patiens: nutrit
truttas, lampetras, sulmōnes. In
arenis ejus aurum reperitur: Pa-
lum municipiū & Regiam stationē
abluit, postea per Lascurram urbem
Episcopalem in Adurum decurrit.

Est & alius Gavus qui oritur in
Pyrenæis prope Salinas, unde no-
men accepit Gavi Salinarii. Et apud
Salvamterram, & Navarricū in Ga-
vum Bearnensem tandem excurrit,
atque hic Gavus e montibus Olero-
ni defluit. Oloronum verò est in
edito monte.

r. Francia
lernum solum
erunt multis ex
e agricola ar-
balistis sagit.
si quos temere
ssim feriebant,
vecti in Biar-
enses dici ma-
am & Navar-
re, direpto ta-
o: quo loco Pon-
tæra peragunt.
cato olim Pon-
, sacris eis in-
flata ad fanum
rimitur verò il-
b urbe Olorono
ere quoque circa
m Joannis Lu-
arium, & agros
ionensibus. Mox
nquit, dum Sa-
sulis Santonum
veto, Broagio,
nere. Regio nomi-
allicos traduce-
vult, flagrare in-
epit. Baionensium
orum consternati

